

Mania, nec tabida videant contagia pestis,  
 Consule Te, votis conjunctis aethera pulsant.  
 Deo rata vota DEUS! Tu verò tempora vita  
 Inconcussa Tue, CONSUL, transmittes, perenni  
 Fortune affluxus currat Tibi molliter arum,  
 Teq̄ ulnis foveat vita regina beatis,  
 Et semper roseis, HYGIEIA, spectet ocellis.  
 Salvo iterum, atq̄ vale, Themidis divine Sacerdos!  
 Sic ait, applaudunt Nympha, resonantq̄ per auras.  
 Num quid ego super accumularem? Si labra rigassent  
 Flumine Pierio Musa, jam plura sonarem.  
 Qualiter ast laevo progressus forte viator  
 Sidere, si rectò defleat ad arvia calle,  
 Nescius elabi dumis, densisq̄ salictis,  
 Raucâ voce graves transmittit ad aethera questus:  
 Haut aliter vexabor ego, si currere coner  
 Per laudes, VIR MAGNE, Tuas. Vos enthea Vaticanum  
 Corcula, quæis fas est bifidi conscendere montis  
 Culmina, Vos veteris fontes impellitis Cyrrha,  
 Et dignum docto ore melos cantate, quod Echo  
 Audiat, atq̄ ferat valli per climata Mundi:  
 Non mihi, non tanta subsunt in carmina vires.  
 Exiguum en. officium Tu, splendide CONSUL,  
 Consule, quaeso, boni: nec despice vota precesq̄  
 Nostras, quas ferimus gratantes: suscipe, quicquid  
 Candida simplicitas tanto designat Honori.  
 At vos aureolis RICHTERÒ stamina fufis  
 Condite, & usq̄ novis annos cumulate Sorores.  
 Quod precor, eveniat: Pylios eat ipse per annos,  
 Et faciem ostendet maturâ etate virentem  
 Semper, nec senio corpus frangatur & arvo.  
 Floreat ô, felixq̄ diu bona publica curet!

105) ✠ (106)



IN CONSULATUM  
 Nobilissimi, Amplissimi, nec non Consultissimi  
 VIRI  
 DOMINI  
 ELIÆ RICHTERI,  
 Patroni & Evergetæ, post DEUM,  
 Optimi,  
 qui illi in Consessu Senatus  
 incluz Gorlicii  
 Calend. Septemb.  
 Sub anniversariam electionem  
 offerebatur  
 Anno à partu Virginis  
 M. DC. LXXXI.  
 Gratulatorium.



GORLICI, TYPIS HÆREDUM CHR. ZIPPERI.



444108

hh



**I**gidl nova surgit Eos: nova scri-  
bere metra  
Fas erit, & plectro fundere vo-  
ta novo:

Quod Virtus merita est, decus en modo  
CONSULIS amplum

Decrevit Votis Curia tota suis.

Curia RICHTER O applaudens fert  
Urbis habenas,

Prudenti mentis quas ratione reget.  
Et Themis, & Pallas mentem sic tinxit,  
ut esset

Astræa dignus, Gloria prima Dices.  
Gratamur collata Viro moderamina  
tanta:

Quæ capit à Summo non nisi sola  
DEO.

Una-

Unanimes cuncti sint publica salva pre-  
camur,

Publica cum privis stent benè recta  
suis!

Ne desponde animum magno hoc sub  
pondere CONSUL,

Ast oculo vigili, quæ data sceptrâ,  
tene.

Res licet in dubio volvantur cardine  
quæq;

Atq; trahat curas Curia quæq; suas:  
Quin hodiè & dira Mavors incude ma-  
lorum

Mox aliam ex aliâ fabricet Iliaden:  
Nec minus irrepens vicina per oppida  
pestis

Eheu! contagii triste minetur epos:  
Insuper & valvis dimissa patentibus  
orci

Tisiphone nexet litis ubiq; strophas:  
Sæpe

Sæpe sub infidâ queis multi sorte ge-  
miscant,

Quem sic in eventu causa habitura  
modum:

Ne desponde animum tanto sub ponde-  
re fractus,

Incurfus contra fortior ire para.

Sis *Patriæ, Musisq; piis, Templiq; Mi-  
nistris*

*Pupis ac Viduis Præses, ô ipse Pater.*

Debita collatæ TIBI sunt hæc munera  
Spartæ:

Quæ meliùs nullo Vate manente  
tenes.

Præmia si tellus meritis ingrata recusat,  
Reddentur summo non moritura  
polo.

*Misum*

CHRISTIANO MOLLERO.



55) X (50)

ΧΡΥΣΟΠΙΣ

Vel

DE FELICI,  
LÆTO ET DESIDE-  
rato ex Italia, aliisq; locis  
exteris reditu,

*Generosi Dn.*

D. CHRISTOPHORI  
à REDERN,

Liberi Baronis in Fridland, Rei-  
chenberg & Seidenberg, &c.  
gratulatio.

GORLICI

Exscribebat Johannes Rhamba

Anno 1608.



444109